DIES IRAE: CASOS E DECLINAÇÕES

Dies irae, dies illa
solvet saeclum in favilla:
teste David cum Sibylla.

dies illa: *dies* enim femininum est nomen. / **saeclum**: pro *saeculo*.

Quantus tremor, -oris (**tremor**) est futurus,
quando iudex est venturus,
cuncta stricte discussurus!

cuncta: acc. neut. pl.; *cunctae res* interpretatur.

Tuba mirum spargens, -tis (**spargens**) sonum
per sepulcrum, -i (**sepulcra**) regionum,
coget omnes ante thronum.

Mors stupebit et natura,
cum resurget creatura,
iudicans, -tis (**iudicanti**) responsura.

mors et natura stupebit: *stupebit* pro *stupebunt*. / **responsura**: *respondeo, -ere* dativum regit.

Liber scriptus proferetur,
in quo totum continetur,
unde mundus, -i (**mundus**) iudicetur.

totum: nom. neut. sg.; *totae res* interpretatur.

Iudex ergo cum sedebit,
quidquid latet apparebit:
nil inultum remanebit.

iudex cum sedebit: hyperbaton est figura; legitur *cum sedebit iudex*.
quiquid latet: *omnia occulta* interpretatur.

Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus,
cum vix iustus sit securus?

Rex tremendae maiestatis,
qui salvandos salvas gratis,
salva ego (**me**), fons pietatis.

qui: *tu qui salvas salvandos* legitur. / **gratis**: cum solis gratiis, id est *sine mercede*.

Recordare, Iesu pie,
quod sum causa tuae viae:
ne me perdas illa dies, -ei (**die**).

recordare: infinitivum pro imperativo. *recorda* interpretatur. / **causa**: abl. sg.; *propter viam tuam* interpretatur.

Quaerens me, sedisti lassus:
redemisti Crux, -cis (**Crucem**) passus:
tantus labor non sit cassus.

redemisti: ellipsis est figura; interpretatur *redemisti me*. / **passus**: deponens verbum; accusativum poscit.

Este material foi produzido por Rafael Falcón para uso exclusivo de seus alunos no site http://www.rafaelfalcon.net.

Iuste iudex (ultio, -nis) **ultionis**,
donum fac remissionis
ante diem rationis.

diem rationis: *ratio* in pecuniario sensu.

Ingemisco, tamquam reus:
(culpa, -ae) **culpa** rubet vultus meus:
supplicanti parce, Deus.

Qui Mariam absolvisti,
et latronem exaudisti,
mihi quoque spem dedisti.

qui: *tu qui*.

Preces (meus, -a, -um) **meae** non sunt dignae:
sed tu bonus fac benigne,
ne (perennis, -e) **perenni** cremer igne.

tu bonus: pro *bone* (vocativus). / **ne cremer**: *cremo, -are;* passiva est vox, in subiunctivo modo.

Inter oves locum praesta,
et ab haedis me sequestra,
statuens in parte dextra.

(confutatus, -a, -um) **confutatis** maledictis,
flammis acribus addictis:
voca me cum benedictis.

maledictis: absolutus ablativus.

Oro supplex et acclinis,
cor contritum quasi cinis:
gere curam mei finis.

supplex: *ego, supplex, oro* etc.

Lacrimosa dies illa,
qua resurget ex favilla
iudicandus homo reus.

qua: *per quam* interpretatur; *quam* indicat *dies illa*.

(hic, haec, hoc) **huic** ergo parce, Deus:
pie Iesu Domine,
dona eis requiem. Amen.

Este material foi produzido por Rafael Falcón para uso exclusivo de seus alunos no site http://www.rafaelfalcon.net.